A Legacy from the late
Dr. Hunter.

PHARMACOPŒIA

COLLEGII REGII

MEDICORUM

EDINBURGENSIS.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT ANDREAS BALFOUR,

APUD A. BLACK, ET D. BROWN; LONDINI

APUD UNDERWOOD ET BLACKS.

M,DCCC,XIII.

Imprimatur

Hic liber, cui Titulus Pharmacopœia Collegii Regii Medicorum Edinburgensis.

Datum ex Ædibus Collegii Regii, vii. Idus Novembris, M,DCCC,XII.

JACOBUS HOME, *Præses.*
ANDREAS DUNCAN, *sen.* } *Censores.*
THOMAS CAROLUS HOPE, }
ALEX. MONRO, *jun. Collegii ab Epistolis.*

GEORGIO III.

DEI GRATIA,

BRITANNIARUM REGI;

REGUM OPTIMO,

SCIENTIARUM ARTIUMQUE

PATRONO;

COLLEGIUM REGIUM

MEDICORUM

EDINBURGENSE

PHARMACOPŒIAM SUAM,

SUMMA VENERATIONE

DICAT CONSECRATQUE.

NOMINA SOCIORUM COLLEGII REGII MEDICORUM EDINBURGENSIS.

M,DCCC,XII.

SOCII ORDINARII.

Jacobus Home, *Præses et Elector.*
Franciscus Home.
Alexander Monro, *sen.*
Robertus Petrie.
Gulielmus Shippen.
Andreas Duncan, *sen. Elector et Censor.*
Jacobus Hamilton,
Nathaniel Spens.
Daniel Rutherford, *Elector.*
Jacobus Gregory.
Arnoldus Bartholomeus Beerenbroek.
Jacobus Hamilton, *secundus.*
Gulielmus Wright.
Joannes Lind.
Robertus Steavenson.

Joannes Marshall.
Jacobus Wood.
Joannes Clark.
Jacobus Campbell.
Henricus Maclagan.
Robertus Freer.
David Morton.
Samuel Spalding.
Thomas Cochrane.
Thomas Spens, *Elector et Collegii ab ærario.*
Patricius Baron Seton.
Carolus Stuart, *Elector.*
Jacobus Clark.
Gulielmus Roxburgh.
Georgius Wilson.
Gulielmus Moncrieffe.
Andreas Fillan.
Joannes Coakley Lettsom.
Thomas Arnold.
Joannes Yule.
Josephus Fox.
Jacobus Macdonnell.
Jacobus Hamilton, *tertius, Elector.*
Angus Macdonald.

Alexander Philippus Wilson.
Jacobus Buchan.
Jacobus Gasking.
Alexander Stewart.
Gualterus Farquhar, *Baronettus.*
Joannes Hutton Cooper.
Thomas Carolus Hope, *Elector et Censor.*
Georgius Dickson.
Andreas Duncan, *jun.*
Andreas Keltie.
Alexander Monro, *jun. Collegii ab Epistolis.*
Colinus Lauder.
Georgius G. Browne Mill.
Alexander Wilson.
Matthæus Poole.
Thomas Jameson.
Gulielmus Kennedy.
Nicolas Romayne.
Alexander Morrison.
Oswald Hunter.
Gulielmus Dick.
Gulielmus Franklin.
Robinson Foxley.
Joannes Gray.

Samuel Macdowell.
Thomas Brown.
Joannes Barclay.
Alexander Mackenzie.
Gulielmus Wightman.
Jacobus Macgrigor.
Gulielmus Gourlay.
Joshua Henricus Davidson.
Alexander Wylie, *Collegii Bibliothecarius.*
Adamus Burt.
Joannes Cheyne.
Jacobus Muttlebury.
Jacobus Proud Johnson.
Jacobus Anderson.
Henricus Hardie.
David Daniel Davies.
Joannes Bigsby.
Gulielmus Elford Leach.
Gulielmus Pulteney Alison.

SOCII HONORARII.

Josephus Banks, *Baronettus et Eques Balnei.*
Joannes Rogerson.
Joannes Gottlieb Walter.
Augustus Gottlieb Richter.
Benjamin Comes Rumford.
Edvardus Jenner.
Matthæus Baillie.

HONORARIUS EX OFFICIO.

Robertus Briggs, *in Academia Andreapolitana Medicinæ Professor.*

PERMISSI.

Jacobus Sanders.
Benjamin Bartlet Buchanan.

COLLEGIUM REGIUM MEDICORUM EDINBURGENSE

LECTORI S.

Ad Medicinam rite faciendam, accurata Materiæ Medicæ notitia, rectaque Medicamentorum præparatio et compositio, omnium consensu, maxime sunt necessaria. Medicamenta bona recte adhibita salutem promittunt; et mala, vel male composita, funesta multa adferunt, vel nil Ægrotantibus proficiunt. Cum tantum Medicamina possint, in iis rite disponendis et conficiendis, opus medicum præcipue versari debet. Hinc, Ars Pharmaceutica ubique adeo ab ingeniosissimis Medicis exculta est, ut singulæ fere Civitates proprias suas habuerint Pharmacopœias. Nec hac in re defuit Collegium Regium Medicorum Edinburgense, dum adhuc in incunabulis esset, emisso ad id opusculo satis idoneo.

Ea tamen est Pharmaceutices, ut aliarum rerum sors et conditio, ut temporis vicissitudines haud effugiat. Postulant id tum ingens Pharmacorum varietas, tum artis incrementa et progressus. Hinc fit, ut in Pharmacopœia Edinensi plurima desiderentur, quæ usus deinceps introduxit; et licet ea omnibus fere contractior sit, non pauca inveniantur dudum obsoleta, ut jam fere norma Pharmacopœis esse desierit. Ne igitur ob inscitiam Pharmacopœorum, Ægrotantium vita in periculo sit, aut Medicorum spes fallatur, Collegium nostrum, Reipublicæ commodo suæque dignitati prospiciens, Pharmacopœiam hanc denuo limatam auctamque, quæ, omnibus in hac Urbe * Pharmacopœis in Medicamentis componendis norma sit et regula, in lucem publicum emitti voluit, gratum opus, et Ægrotis, et Medentibus.

Ut hi nostri conatus in Reipublicæ commodum, in Ægrorum salutem, et in Medicinæ incrementum, feliciter cedant, junctis votis, ardenter optamus.

Datum Edinburgi, ex Ædibus Collegii Medici, Prid. Cal. Decemb. Anno a Christo Nato, M,DCC,XXI.

---

* Act of the Parliament of Scotland, 16th June 1685.

De nona hac Pharmacopœiæ nostræ editione monuisse sufficiat, eam quâ potuerimus curâ emendatam prodire. Antecessorum nostrorum vestigia plerumque in re medicamentariâ persecuti, non ita tamen iis institimus, quin celebriores aliarum Gentium Pharmacopœias præ oculis habuerimus; ne vel aliorum labores spernere, vel nostris nimium confidere videremur.

Nova quædam, vel propriâ experientiâ vel gravissimis clarorum Virorum testimoniis, nobis commendata, in numerum Medicamentorum accepimus. Nonnulla, majorum credulitate, forsitan et superstitione, invecta, resecuimus. Si quid vero hujusmodi adhuc supersit, id posteris delendum reliquimus; præstat enim, ut nobis videtur, copiâ quam penuriâ premi.

Multorum Medicamentorum Nomina antiqua et vulgaria, monentibus Botanice et Chemiâ nuper adeo feliciter cultis, cum aliis commutavimus; quo facilius et promptius ex ipsis Nominibus vera eorum natura et compositio innotescant.

In hoc opere, consilium nobis et quasi lex fuit, Animalia et Vegetabilia, quæ simplicia Medica-

menta præbent, iis solis Nominibus indicare, quibus appellantur ab optimis Historiæ Naturalis, et Botanicæ Scriptoribus: quâ in re scripta summi LINNÆI nobis maximæ fuerunt auctoritatis, et ubicunque aliis Scriptoribus fidere oportebat, Auctores sedulo indicavimus.

GRAVIOR autem labor nos haud parum moratus est in describendis variis præparatis et compositis quæ inter Medicamenta recensentur. Hæc omnia propositum fuit iis solis Nominibus definire quæ jam apud optimos hujus seculi Chemicos invaluerunt. Horum sermo novus et quasi proprius, etsi nondum omnibus suis numeris et partibus absolutus, tamen ad scientiæ usus videtur accommodatissimus; et adeo necessarius, ut non dubitemus eum, ut jam a junioribus receptus est, ita ab omnibus Medicis et Medicamentariis brevi receptum iri. Horum sermo in re medicamentariâ olim receptus, non alius erat quâm vetus Chemicus: igitur, ut nobus videtur, æquum est eum Medicinâ exulare, qui jam in Chemiâ prorsus obsolevit.

METUENTES vero ne quorundam Medicamentorum tituli nimis verbosi et incommodi forent, si omnes vel minutissimas partes denotarent quæ iis inessent, contenti sumus per titulos indicâsse

præcipuas tantum eorum partes, unde, ut nobis videtur, vires et usus compositionum pendent. Ob eandem causam, simplicia quædam, in frequentissimo usu, et omnibus bene nota, præcepimus vulgaribus ipsorum Nominibus; cujusmodi exempla sunt Opium, Manna, Moschus, Castoreum: sat esse rati indicâsse, in catalogo Materiæ Medicæ, Animalia et Vegetabilia unde obtinentur.

Nomina quædam ad scientiam Chemicam vix pertinentia, at in re tamen medicamentariâ diu recepta, *Tincturam* nempe et *Spiritum*, noluimus mutare. Hoc indicamus compositionem Alcoholis, per destillationem, cum variis substantiis, oleis præsertim, volatilibus; illâ, ejusdem compositionem cum variis substantiis, aromaticis præsertim et resinosis, quæ per infusionem in ipso solvuntur.—Quæ multa vero, tum in Nominibus, tum in rebus ipsis, adhuc novanda sint, quum tot tantaque incrementa Medicina et Chemia his temporibus capiant, scientiæ progressus optime docebunt.

Datum ex Ædibus Collegii, x^mo^ Calendas Maias, M,DCCC,III.

PHARMACOPŒIAM nostram nuper editam, cum iterum prelo subjicere voluerunt Bibliopolæ, eam quâ potuerimus curâ denuo retractavimus, et mendas quasdam, quæ forte irrepserant, lubentes correximus.

Datum Edinburgi, ex Ædibus Collegii,
VII Idus Novembres, M,DCCC,IV.

PONDERUM RATIO.

Cum haud levis in re medicamentaria sæpe oriatur error, ex promiscuo mensurarum et ponderum diversorum usu, omnia quæ præscribimus, fluida pariter ac solida pondere solo definimus. Vinum tamen, aquam, et aquosa, metiri fas erit; dummodo pro mensuris, adhibeantur vasa, præsertim vitrea, quoram capacitates et divisiones, libræ medicæ ejusque divisionibus et multiplicationibus accuratè respondeant. Ponderum genere utimur linguâ vernaculâ *Troy Weight* vocato, quod in hunc modum dividimus.

Libra	valet	uncias duodecim.
Uncia		drachmas octo.
Drachma		scrupulos tres.
Scrupulus		grana viginti.

ORDO CAPITUM.

PARS I.

PARS II.

PARS I.

MATERIA MEDICA;

SIVE,

CATALOGUS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM ET QUORUNDAM PRÆPARATORUM, QUÆ A PHARMACOPŒO IPSO NON PRÆPARANTUR, SED IN OFFICINA EJUS SEMPER PRÆSTO ESSE DEBENT.

MATERIA MEDICA.

ACIDUM Acetosum.
Acetum.

Acidum Sulphuricum.
Acidum vitriolicum.
Hujus pondus specificum, in calore 60°, *esse debet ad pondus aquæ destillatæ ut* 1850 *ad* 1000.

Aconitum Napellus. In usu est *Folium.*

Acorus Calamus. *Radix.*
Calamus aromaticus.

Æsculus Hippocastanum. *Semen, Cortex.*
Hippocastanum.

Alcohol.

Spiritus vinosus rectificatus sive *purissimus.*

Spiritus destillatus ex vino vel aliis liquoribus fermentatis, ab odore ingrato purificatus, cujus pondus specificum sit ad pondus aquæ ut 835 *ad* 1000, *qualis facile paratur.*

Alcohol dilutum.

Spiritus vinosus tenuior sive *dilutus.*

Alcohol, cui immixta fuerit aquæ pars æqua; paulo tenuius quam liquor linguâ vernaculâ vocatus Proof-spirit. *Ejus pondus specificum est ad pondus aquæ ut* 935 *ad* 1000.

Allium sativum. *Radix.*

Aloe perfoliata. *Gummi-resina.*
a. *Aloe hepatica.*
b. *Aloe Socotorina.*

Althæa officinalis. *Radix, Folium.*

Ammoniacum. *Gummi-resina.*

Amomum repens. *Semen.*
Cardamomum minus. Sonnerati iter.

Amomum Zingiber. *Zingiber.*	*Radix siccata; et radix condita ex India allata.*
Amygdalus communis. *Amygdalus dulcis.*	*Nucleus.*
Amyris Gileadensis.	*Resina liquida, vulgo, Balsamum Gileadense.*
Anchusa tinctoria.	*Radix.*
Anethum Fœniculum. *Fœniculum dulce.*	*Semen, Radix.*
Angelica Archangelica. *Angelica sativa.*	*Radix, Folium.* *Semen.*
Augustura.	*Cortex.*
Anthemis nobilis. *Chamœmelum.*	*Flos.*
Anthemis Pyrethrum. *Pyrethrum.*	*Radix.*
Apium Petroselinum. *Petroselinum.*	*Radix.*

Arbutus Uva Ursi. *Uva Ursi.*	*Folium.*
Arctium Lappa. *Bardana.*	*Radix.*
Argentum.	
Aristolochia Serpentaria. *Serpentaria Virginiana.*	*Radix.*
Arnica montana.	*Flos, Radix.*
Artemisia Absinthium. *Absinthium.*	*Folium, Summitas florens.*
Artemisia Santonica. *Santonicum.*	*Cacumen.*
Asarum Europæum. *Asarum.*	*Folium.*
Astragalus Tragacantha. *Tragacantha.*	*Gummi.*
Atropa Belladonna. *Belladonna.* *Solanum lethale.*	*Folium.*

Avena sativa. *Semen.*

Bitumen Petroleum.
Petroleum Barbadense.

Boletus igniarius.
Agaricus.

Boras Sodæ.
Borax.

Bubon Galbanum. *Gummi-resina, vulgo, Galbanum.*

Calx.
Calx viva.
a. *Ex lapide calcareo.*
b. *Ex testis Conchyliorum.*

Cancer Pagurus *et* Astacus. *Chelæ, Lapilli, vulgo, Cancrorum oculi.*

Canella alba. *Cortex.*

Capsicum annuum. *Fructus.*
Piper Indicum.

Carbo Ligni.

Carbonas Barytæ.
Barytes.
Terra ponderosa.

Carbonas Calcis.
a. *Creta alba.*
b. *Marmor album.*

Carbonas Potassæ impurus.
Alkali fixum vegetabile.
Lixiva.
Cineres clavellati.
Anglicè, Potashes *vel* Pearlashes.

Carbonas Sodæ impurus.
Barilla.

Carbonas Zinci impurus.
Lapis Calaminaris.

Cardamine Pratensis. *Petalum, Folium.*

Carum Carui. *Semen.*
Carvi.

Caryophyllus aromaticus. *Floris germen, et ejus Oleum volatile.*

Cassia Fistula.	*Fructus.*
Cassia Senna. *Senna.*	*Folium.*
Castor Fiber.	*Materia in folliculis prope anum collecta,* Castoreum *dicta.*
Centaurea benedicta. *Carduus benedictus.*	*Herba.*
Cera. a. *Flava.* b. *Alba.*	
Cervus Elaphus.	*Cornu.*
Chironia Centaurium. *Centaurium minus.*	*Summitas florens.*
Cinara Scolymus. *Cinara hortensis.*	*Folium.*
Cinchona Caribæa.	*Cortex.*
Cinchona officinalis.	*Cortex, vulgo, Cortex Peruvianus.* a. *communis.* b. *flavus.* c. *ruber.*

Citrus Aurantium. *Aurantium Hispalense.*	*Fructûs succus, et ejus Cortex exterior.*
Citrus medica. *Limon.*	*Fructus, Cortex fructûs et ejus Oleum volatile.*
Coccus Cacti. *Coccinella.*	
Cochlearia armoracia. *Raphanus rusticanus.*	*Radix.*
Cochlearia officinalis.	*Herba.*
Cocos butyracea. *Palma.*	*Nucis oleum fixum.*
Colchicum autumnale.	*Radix.*
Colomba.	*Radix.*
Conium maculatum. *Cicuta.*	*Folium, Semen.*
Convolvulus Jalapa. *Jalapa.*	*Radix.*

Convolvulus Scammonia. *Scammonium.*	*Gummi-resina.*
Copaifera officinalis.	*Resina liquida, vulgo, Balsamum Copaibæ.*
Coriandrum sativum.	*Semen.*
Crocus sativus.	*Floris stigma,* Crocus *dictum.*
Croton Eleutheria. *Cascarilla.*	*Cortex.* Swartz. Prodrom.
Cucumis Colocynthis. *Colocynthis.*	*Fructus, cortice seminibusque abjectis.*
Cuprum.	
Daphne Mezereum. *Mezereum.*	*Radicis cortex.*
Datura Stramonium. *Stramonium.*	*Herba.*
Daucus Carota.	*Semen.*

Delphinium Staphisagria. *Semen.*
Staphisagria.

Dianthus Caryophyllus. *Flos.*
Caryophylla rubra.

Digitalis purpurea. *Folium.*

Dolichos pruriens. *Leguminis pubes rigida.*

Dorstenia Contrajerva. *Radix.*
Contrajerva.

Ferrum. *Limatura, Squamæ.*

Ferula Assa fœtida. *Gummi-resina.*
Asa fœtida.

Ficus Carica. *Fructus.*

Fraxinus Ornus. *Succus concretus,* Manna *dictus.*

Gambogia.
Gummi-resina Stalagmitidis Cambogioidis; et Garciniæ Cambogiæ. Murr. Act. Gott. vol. ix.

Gentiana lutea.	*Radix.*
Geoffræa inermis.	*Cortex.*
Glycyrrhiza glabra.	*Radix, Extractum.*
Gratiola officinalis.	*Herba.*
Guajacum officinale.	*Lignum, Resina.*
Hæmatoxylum Campechianum.	*Lignum, vulgo, Lignum Campechense.*
Helleborus niger. *Melampodium.*	*Radix.*
Hordeum Distichon. *Hordeum.*	*Semen omni cortice nudatum, Anglice,* Pearl Barley.
Hydrargyrus. *Argentum vivum.* *Mercurius.*	
Hyoscyamus niger.	*Herba, Semen.*

Hyssopus officinalis.	*Herba.*
Ipecacuanha. *Callicocca Ipecacuanha.*	*Radix.* Act. Soc. Lin. Vol. VI.
Iris Florentina.	*Radix.*
Juniperus communis.	*Bacca.*
Juniperus Lycia.	*Gummi-resina, vulgo, Olibanum.*
Juniperus Sabina *Sabina.*	*Folium.*
Kino. *Succus concretus Eucalypti resiniferi.*	White iter.
Lactuca virosa.	*Folium.*
Lavandula Spica.	*Spica florens.*
Laurus Camphora.	*Camphora.*
Laurus Cassia. *Cassia lignea.*	*Cortex, Flos nondum explicitus.*

Laurus Cinnamomum. *Cinnamomum.*	*Cortex.*
Laurus nobilis.	*Folium, Bacca ejusque Oleum fixum.*
Laurus Sassafras. *Sassafras.*	*Lignum, Radix ejusque cortex.*
Leontodon Taraxacum. *Taraxacum.* *Dens Leonis.*	*Herba, Radix.*
Linum usitatissimum.	*Semen, ejusque Oleum fixum.*
Lobelia syphilitica.	*Radix.*
Malva sylvestris.	*Herba, Flos.*
Marrubium vulgare.	*Herba.*
Melaleuca Leucadendron. *Cajeputa.*	*Oleum volatile.*
Melissa officinalis.	*Folium.*

Meloe vesicatorius. *Cantharis.*	
Mentha Piperita.	*Herba.*
Mentha Pulegium. *Pulegium.*	*Herba.*
Menyanthes trifoliata, *Trifolium palustre.*	*Folium.*
Mimosa Catechu. *Catechu.*	*Ligni extractum, vulgo,* *Terra Japonica.*
Mimosa Nilotica.	*Gummi, vulgo,* *Gummi Arabicum.*
Momordica Elaterium. *Elaterium.*	*Fructus recens* *submaturus.*
Moschus moschiferus.	*Materia in folliculo* *prope umbilicum col-* *lecta,* Moschus *dicta.*
Murias Ammoniæ. *Sal ammoniacus.* *Ammonia muriata.*	

Murias Sodæ. *Soda muriata.* *Sal marinus.*	
Myristica moschata.	*Fructûs nucleus,* Nux moschata *dictus ; Macis, et ejus Oleum volatile.*
Myroxylon Peruiferum.	*Balsamum, vulgo, Balsamum Peruvianum.*
Myrrha.	*Gummi-resina.*
Myrtus Pimenta. *Pimenta.*	*Fructus, vulgo, Piper Jamaicense.*
Nicotiana Tabacum. *Tabacum.*	*Folium.*
Nitras Potassæ. *Nitrum.*	
Olea Europæa. *Oliva.*	*Fructûs oleum fixum.*
Origanum Majorana. *Majorana.*	*Herba.*

Ovis Aries. *Adeps, vulgo, Sevum ovillum.*

Oxidum Arsenici.
Arsenicum.

Oxidum Plumbi album.
Cerussa.
Carbonas plumbi.

Oxidum Plumbi rubrum.
Minium.

Oxidum Plumbi semi-vitreum.
Lithargyrus.

Oxidum Zinci impurum.
Tutia.

Papaver somniferum. *Capsula ejusque Succus spissatus,* Opium *dictus.*

Physeter macrocephalus. *Materia in cranio reperta,* Spermaceti *dicta.*

Pimpinella Anisum. *Semen.*
Anisum.

Pinus Abies.	*Resina sponte concreta, vulgo, Pix Burgundica.*
Pinus balsamea.	*Resina liquida, vulgo, Balsamum Canadense.*
Pinus Larix.	*Resina liquida, vulgo, Terebinthina Veneta; Oleum volatile, vulgo, Oleum Terebinthinæ.*
Pinus sylvestris.	*Resina empyreumatica,* Pix liquida *dicta.*
Piper longum.	*Fructus.*
Piper nigrum.	*Fructus.*
Pistacia Lentiscus.	*Resina, vulgo, Mastiche.*
Plumbum.	
Polygala Senega. *Seneka.*	*Radix.*
Polygonum Bistorta. *Bistorta.*	*Radix.*

Polypodium Filix mas. *Filix mas.*	*Radix.*
Prunus domestica. *Prunus Gallica.*	*Fructus.*
Pterocarpus Draco.	*Resina, vulgo, Sanguis Draconis.*
Pterocarpus Santalinus. *Santalum rubrum.*	*Lignum.*
Punica Granatum. *Granata malus.*	*Fructûs cortex, Flos plenus, vulgo, Balaustium.*
Quassia excelsa.	*Lignum.*
Quassia Simaruba. *Simarouba.*	*Cortex.*
Quercus Cerris.	*Cyniphis nidus,* Galla *dictus.*
Quercus Robur.	*Cortex.*
Resina Pini. *Resina alba.*	*Resina ex variis Pinis, oleo volatile privata.*

Rhamnus catharticus. *Spina cervina.*	*Baccæ succus.*
Rheum palmatum. *Rhabarbarum.*	*Radix.*
Rhododendron Chrysanthum.	*Folium.*
Rhus Toxicodendron. *Toxicodendron.*	*Folium.*
Ricinus communis.	*Semen, et ejus Oleum fixum.*
Rosa canina. *Cynosbatus.*	*Fructus recens.*
Rosa centifolia. *Rosa pallida.*	*Petalum.*
Rosa Gallica. *Rosa rubra.*	*Petalum.*
Rosmarinus officinalis.	*Summitas florens.*
Rubia Tinctorum.	*Radix.*

Rumex Acetosa. *Folium.*
Acetosa.

Ruta graveolens. *Herba.*

Saccharum Officinarum. *Saccharum.*
a. *non purificatum.*
b. *purissimum.*

Sagapenum. *Gummi-resina.*

Salvia officinalis. *Folium.*

Sambucus nigra. *Flos, Bacca, Cortex.*

Sapo.
Sapo albus Hispanus, ex oleo Oleæ Europeæ et Soda confectus.

Scilla maritima. *Radix.*

Sinapis alba. *Semen.*

Sisymbrium Nasturtium. *Herba.*
Nasturtium aquaticum.

Smilax Sarsaparilla. *Sarsaparilla.*	*Radix.*
Spartium scoparium. *Genista.*	*Summitas.*
Spigelia Marilandica.	*Radix.*
Spongia officinalis.	
Stannum.	*Limatura, Pulvis.*
Styrax Benzoin.	*Balsamum, vulgo, Benzoinum.*
Styrax officinalis.	*Balsamum.*
Sub-Acetis Cupri. *Ærugo.*	
Succinum.	
Sulphas Aluminæ. *Alumen.*	
Sulphas Barytæ. *Terra ponderosa vitriolata.* *Barytes.*	

Sulphas Cupri.
Cuprum vitriolatum.
Vitriolum cœruleum.

Sulphas Magnesiæ.
Magnesia vitriolata.
Sal catharticus amarus.

Sulphur sublimatum.
Sulphuris flores.

Sulphuretum Antimonii.
Antimonium.

Sulphuretum Hydrargyri rubrum.
Cinnabaris factitia.

Super-Tartris Potassæ impurus.
Tartarus crudus.

Super-Tartris Potassæ.
Tartarus purificatus.
Crystalli Tartari.

Sus scrofa. *Adeps, vulgo,*
Axungia porcina.

Swietenia febrifuga. *Cortex.*

Swietenia Mahagoni.	*Cortex.*
Tamarindus Indica.	*Fructus conditus.*
Tanacetum vulgare.	*Folium, Flos.*
Toluifera Balsamum.	*Balsamum, vulgo. Balsamum Tolutanum.*
Tormentilla erecta.	*Radix.*
Triticum hybernum.	*Farina, Amylum.*
Tussilago Farfara.	*Folium, Flos.*
Valeriana officinalis.	*Radix.*
Veratrum album. *Helleborus albus.*	*Radix.*
Viola odorata.	*Flos.*
Vitis vinifera.	*Fructus siccatus, vulgo, Uva passa; Fructus succus fermentatus,* Vinum album Hispanum *dictus.*

Ulmus campestris.	*Cortex interior.*
Wintera aromatica.	*Cortex, vulgo, Winteranus cortex.*
Zincum.	

PARS II.

MEDICAMENTA
PRÆPARATA ET COMPOSITA.

MEDICAMENTA

PRÆPARATA ET COMPOSITA.

CAP. I.

MEDICAMENTORUM QUORUNDAM SIMPLICIUM PRÆPARATIONES.

HERBARUM ET FLORUM EXSICCATIO.

Herbæ et flores hypocausti vel foci communis calore leni exsiccentur, ea quantitate tantum qua id quàm citissime fiat. Sic enim eorum vires optime servantur; cujus indicium est color nativus quàm perfectissime constans.

Conii maculati verò folia, et alia, materie subtili volatili referta, post exsiccationem illico conterantur, et vasis vitreis bene obturandis reponantur.

SCILLA MARITIMA EXSICCATA.

RADICEM Scillæ maritimæ, ablatâ externâ tunicâ, transversim in taleolas tenues seca, et leni calore exsicca. Recte exsiccatæ indicium est, quod friabilis reddita amaritiem et acrimonian retinet.

PULPARUM EXTRACTIO.

FRUCTUS qui pulpam præbere possunt, si immaturi sint, vel maturi et sicci, coque cum pauxilla aqua, ut mollescant; deinde pulpam per cribrum setaceum exprime; postea in vase fictili coque lento igne, crebrò agitans, ne aduratur, donec mellis spissitudinem habeat.

ITEM Cassiæ Fistulæ pulpa ex siliqua contusa excoquenda est, deinde aquam evaporando ad idoneam spissitudinem reducenda.

FRUCTUUM maturorum et recentium pulpæ per cribrum exprimantur, nullâ coctione præmissâ.

SULPHUR SUBLIMATUM LOTUM.

℞. Sulphuris sublimati libram unam,
Aquæ libras quatuor.

SULPHUR coque paulisper ex Aqua; deinde hanc aquam effunde, et, frigidâ affusâ, omne Acidum ablue; denique Sulphur exsicca.

CAP. II.

CONSERVÆ.

CONSERVA

Corticis exterioris recentis fructûs CITRI AURANTII, radulâ abrasi,

Fructus ROSÆ CANINÆ maturi, a seminibus eorumque pube sollicitè purgati,

Petalorum ROSÆ GALLICÆ nondum explicitorum.

SINGULA in pulpam contunde, Sacchari purissimi triti pondere triplo inter contundendum paulatim addito.

CAP. III.

SUCCI.

SUCCUS COCHLEARIÆ COMPOSITUS: vulgo, SUCCI AD SCORBUTICOS.

℞. Succi Cochleariæ officinalis,
—— Sisymbrii Nasturtii, ex herbis recens carptis expressi,
—— fructûs Citri Aurantii, singulorum libras duas,
Spiritûs Myristicæ moschatæ libram dimidiam.

Misce, et sepone donec fæces subsederint, dein effunde.

CAP. IV.

SUCCI SPISSATI,

VULGO,

EXTRACTA.

SUCCUS SPISSATUS ACONITI NAPELLI.

Aconiti Napelli folia recentia contundantur, et sacco cannabino inclusa comprimantur valide, ut succum præbeant; qui in vasis patulis, calefactis aquâ fervente muriate sodæ saturatâ, illico redigatur ad mellis crassioris spissitudinem.

Massa, postquam refrixerat, reponatur in vasis fictilibus vitreatis, et alcohole madefactis.

Eodem modo paratur, ex ipsorum foliis,

SUCCUS SPISSATUS

ATROPÆ BELLADONNÆ,
CONII MACULATI,
HYOSCYAMI NIGRI,
LACTUCÆ VIROSÆ.

SUCCUS SPISSATUS SAMBUCI NIGRÆ: vulgo, ROB SAMBUCI.

℞. Succi baccarum Sambuci nigræ maturarum libras quinque,
Sacchari purissimi libram unam.

DECOQUE leni igne ad mellis crassioris spissitudinem.

SUCCUS SPISSATUS MOMORDICÆ ELATERII: vulgo, ELATERIUM.

FRUCTUS maturos Momordicæ Elaterii scinde, et succum levissime expressum transmitte per cribrum setaceum tenuissimum; deinde coque parum, et per aliquot horas sepone, donec cras-

sior pars subsederit. Partem tenuiorem supernatantem effunde, et reliquam colando separa. Crassiorem verò partem, quæ post colandum restat, panno linteo co-opertam leni calore exsicca.

CAP. V.

OLEA FIXA,

SIVE

EXPRESSA.

OLEUM AMYGDALI COMMUNIS.

℞. Nucleorum Amygdali communis recentium, quantum velis.

Nucleos in mortario lapideo contusos, sacculo cannabino include, et Oleum torculari exprime, sine calore.

Eodem modo exprimendum est, ex ejus seminibus,

OLEUM LINI USITATISSIMI.

CAP. VI.

EMULSIONES.

EMULSIO AMYGDALI COMMUNIS.

℞. Nucleorum Amygdali communis unciam unam,
Aquæ libras duas cum semissæ.

Nucleos decorticatos in mortario lapideo diligenter contunde, Aquam simul paulatim affundens; dein cola.

EMULSIO NIMOSÆ NILOTICÆ: vulgo, EMULSIO ARABICA.

Fit eodem modo, additis inter Nucleos contundendos Mucilaginis Mimosæ Niloticæ unciis duabus.

EMULSIO CAMPHORATA.

℞. Camphoræ scrupulum unum,
Nucleorum Amygdali communis decorticatorum drachmas duas,
Sacchari purissimi drachmam unam,
Aquæ uncias sex.

Fit eodem modo ac Emulsio Amygdali communis.

CAP. VII.

INFUSA.

INFUSUM CINCHONÆ OFFICINALIS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis in pulverem triti unciam unam,
Aquæ libram unam.

MACERA per horas viginti quatuor, et cola.

INFUSUM DIGITALIS PURPUREÆ.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum drachmam unam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritûs Lauri Cinnamomi unciam unam.

MACERA per horas quatuor, et cola.

INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM: vulgo, INFUSUM AMARUM.

℞. Radicis Gentianæ luteæ concisæ unciam dimidiam,
Corticis siccati fructûs Citri Aurantii contusi drachmam unam,
Seminum Coriandri sativi contusorum drachmam dimidiam,
Alcoholis diluti uncias quatuor,
Aquæ libram unam.

AFFUNDE primum Alcohol, et, post tres horas, Aquam; tum macera sine calore per horas duodecim, et cola.

INFUSUM MIMOSÆ CATECHU: vulgo, INFUSUM JAPONICUM.

℞. Extracti ligni Mimosæ Catechu in pulverem triti drachmas duas cum semisse,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi drachmam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias septem,
Syrupi simplicis unciam unam.

MACERA Extractum et Corticem cum Aqua, in vase clauso, per horas duas; dein cola, et adde Syrupum.

INFUSUM RHEI PALMATI.

℞. Radicis Rhei palmati contusæ unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritûs Lauri Cinnamomi unciam unam.

MACERA Radicem cum Aqua in vase clauso per horas duodecim; dein, addito Spiritu, cola.

INFUSUM ROSÆ GALLICÆ.

℞. Petalorum Rosæ Gallicæ siccatorum uncias duas,
Aquæ bullientis libras quinque,
Acidi Sulphurici drachmam unam,
Sacchari purissimi uncias duas.

MACERA Petala cum Aqua bulliente in vase fictili quod plumbo non sit vitreatum, per horas quatuor; dein, affuso Acido, liquorem cola, et adjice Saccharum.

INFUSUM TAMARINDI CUM SENNA.

℞. Fructûs Tamarindi Indicæ conditi unciam unam,
Foliorum Cassiæ Sennæ drachmam unam,
Seminum Coriandri sativi contusorum drachmam dimidiam,
Sacchari non purificati unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo.

In vase fictili, quod plumbo non sit vitreatum, clauso macera, subinde agitans, et post horas quatuor cola.

Fit quoque cum Cassia Senna duplice vel triplice.

CAP. VIII.

MUCILAGINES.

MUCILAGO AMYLI.

℞. Amyli unciam dimidiam,
Aquæ libram unam.

Amylum tere, paulatim addens Aquam; dein coque paulisper.

MUCILAGO ASTRAGALI TRAGACANTHÆ.

℞. Gummi Astragali Tragacanthæ triti unciam unam,
Aquæ bullientis uncias octo.

Macera per horas viginti quatuor, et diligenter tere, ut solvatur Gummi; dein per linteum exprime.

MUCILAGO MIMOSÆ NILOTICÆ.

℞. Gummi Mimosæ Niloticæ triti, partem unam,
Aquæ bullientis partes duas.

Digere, subinde agitans, donec solvatur Gummi; tum per linteum exprime.

CAP. IX.

DECOCTA.

DECOCTUM ALTHÆÆ OFFICINALIS.

℞. Radicis Althææ officinalis siccatæ et contusæ uncias quatuor,
Fructûs siccati Vitis viniferæ, demptis acinis, uncias duas,
Aquæ libras septem.

Decoque ad libras quinque; liquorem colatum sepone, donec fæces subsederint, et effunde.

DECOCTUM ANTHEMIDIS NOBILIS: vulgo, DECOCTUM CHAMÆMELI, sive COMMUNE.

℞. Florum Anthemidis nobilis siccatorum unciam unam,
Seminum Cari Carui contusorum unciam dimidiam,
Aquæ libras quinque.

Coque per quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM CINCHONÆ OFFICINALIS: vulgo, DECOCTUM CORTICIS PERUVIANI.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis in pulverem triti unciam unam,
Aquæ libram unam cum semisse.

Coque per horæ partem sextam in vase operto, et liquorem adhuc calentem cola.

DECOCTUM DAPHNES MEZEREI.

℞. Corticis radicis Daphnes Mezerei drachmas duas,
Radicis Glycyrrhizæ glabræ contusæ unciam dimidiam,
Aquæ libras tres.

Decoque leni igne ad libras duas, et cola.

DECOCTUM GEOFFRÆÆ INERMIS.

℞. Corticis Geoffrææ inermis in pulverem triti unciam unam,
Aquæ libras duas.

Coque leni igne ad libram unam, et cola.

DECOCTUM GUAJACI COMPOSITUM: vulgo, DECOCTUM LIGNORUM.

℞. Scobis Ligni Guajaci officinalis uncias tres,
Fructûs siccati Vitis viniferæ uncias duas.
Radicis Lauri Sassafras concisæ,
——— Glycyrrhizæ glabræ contusæ, utriusque unciam unam,
Aquæ libras decem.

Decoque leni igne lignum Guajaci et fructum Vitis viniferæ cum Aquâ, ad libras quinque, sub finem adjiciens Radices; dein cola sine expressione.

DECOCTUM HORDEI DISTICHI.

℞. Seminum decorticatorum Hordei Distichi uncias duas,
Aquæ libras quinque.

Primum farina hordeo adhærens aquâ frigidâ abluatur; tum hordeum cum aquæ libra circiter dimidia aliquantulum coquatur, ut materia colo-

rans extrahatur; quâ abjectâ, Hordeo ita purificato, quinque Aquæ bullientis libræ addantur; dein hæc ad dimidiam coquantur, et colentur.

DECOCTUM POLYGALÆ SENEGÆ.

℞. Radicis Polygalæ Senegæ unciam unam,
Aquæ libras duas.

Decoque ad uncias sexdecim, et cola.

DECOCTUM SMILACIS SARSAPARILLÆ.

℞. Radicis Smilacis Sarsaparillæ concisæ uncias sex,
Aquæ libras octo.

Digere per duas horas, calore circiter 195°, dein Radicem exime et contunde; contusam liquori redde, et decoque, leni igne, ad quatuor libras; tum exprime et cola.

CAP. X.

SYRUPI.

SYRUPUS SIMPLEX, SIVE COMMUNIS.

℞. Sacchari purissimi triti partes quindecim,
Aquæ partes octo.

LENI calore solvatur Saccharum in Aqua, et coquatur paululum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ACIDI ACETOSI.

℞. Acidi Acetosi libras duas cum semisse,
Sacchari purissimi libras tres cum semisse.

COQUE ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ALTHÆÆ OFFICINALIS.

℞. Radicis Althææ officinalis recentis concisæ libram unam,
Aquæ libras decem,
Saçchari purissimi libras quatuor.

Coque Aquam cum Radice ad dimidium, et validè exprimens, cola. Liquorem colatum sepone, ut fæces subsidant, et defæcato adde Saccharum; dein coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS AMOMI ZINGIBERIS.

℞. Radicis Amomi Zingiberis tritæ uncias tres,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem cum semisse.

Macera Radicem in Aqua, vase clauso, per horas viginti quatuor; dein liquori colato adde Saccharum contritum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CITRI AURANTII.

℞. Corticis exterioris recentis fructûs Citri Aurantii uncias sex,

Aquæ bullientis libras tres,
Sacchari purissimi libras quatuor.

MACERA Corticem in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum contritum, leni calore adhibito, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS CITRI MEDICÆ: olim, SYRUPUS LIMONUM.

℞. Succi fructûs Citri medicæ, postquam fæces subsederint colati, partes tres,
Sacchari purissimi partes quinque.

SOLVATUR Saccharum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS COLCHICI AUTUMNALIS.

℞. Radicis Colchici autumnalis recentis, in frusta tenuia sectæ, unciam unam,
Acidi Acetosi uncias sexdecim,
Sacchari purissimi uncias viginti sex.

MACERA Radicem in Acido per biduum, vas subinde agitans, dein leniter exprimens cola. Liquori colato adde Saccharum contritum, et coque paululum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DIANTHI CARYOPHYLLI.

℞. Petalorum Dianthi Caryophylli recentium, unguibus resectis, libram unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem.

MACERA Petala in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum contritum quod solvatur leni calore, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS PAPAVERIS SOMNIFERI.

℞. Capsularum Papaveris somniferi siccatarum, seminibus exemptis, libras duas,
Aquæ bullientis libras triginta,
Sacchari purissimi libras quatuor.

MACERA Capsulas concisas in Aqua per horas duodecim; dein coque donec tertia tantum pars liquoris supersit; tum validè exprimens cola. Liquorem co' 'tum coque ad dimidium, et iterum cola; ad to demum Saccharo, coque paululum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS RHAMNI CATHARTICI.

℞. Succi defæcati baccarum maturarum Rhamni cathartici, partes duas,
Sacchari purissimi partem unam.

Coque ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ CENTIFOLIÆ.

℞. Petalorum recentium Rosæ centifoliæ libram unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras tres.

Macera Petala in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum, et demum, coque ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ GALLICÆ.

℞. Petalorum siccatorum Rosæ Gallicæ uncias septem,
Aquæ bullientis libras quinque,

Sacchari purissimi libras sex.

MACERA Petala in Aqua per horas duodecim; dein coque paululum et cola. Liquori colato adde Saccharum, et coque iterum paululum ut fiat Syrupus.

SYRUPUS SCILLÆ MARITIMÆ.

℞. Aceti Scillæ maritimæ libras duas,
Sacchari purissimi contriti libras tres cum semisse.

SOLVATUR leni calore Saccharum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS TOLUIFERÆ BALSAMI: vulgo, SYRUPUS BALSAMICUS.

℞. Syrupi communis libras duas,
Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam unam.

SYRUPO recèns parato, et ab igne remoto, cum penè refrixerat, immisce paulatim Tincturam, assiduè agitans.

SYRUPUS VIOLÆ ODORATÆ.

℞. Florum recentium Violæ odoratæ libram unam,
Aquæ bullientis libras quatuor,
Sacchari purissimi libras septem cum semisse.

Macera Flores in Aqua per horas viginti quatuor, vase vitreo vel fictili vitreato clauso; dein cola sine expressione, et liquori colato adde Saccharum contritum ut fiat Syrupus.

CAP. XI.

VINA.

VINUM ALOES SOCOTORINÆ: vulgo, TINCTURA SACRA.

℞. Gummi-resinæ Aloes Socotorinæ in pulverem tritæ unciam unam,
Seminum Amomi repentis contusorum,
Radicis Amomi Zingiberis contusæ, utriusque drachmam unam,
Vini albi Hispani libras duas.

Dicere per dies septem, subinde agitans, et cola.

VINUM GENTIANÆ COMPOSITUM: vulgo, VINUM AMARUM.

℞. Radicis Gentianæ luteæ unciam dimidiam,
Corticis Cinchonæ officinalis unciam unam,

Corticis siccati fructûs Citri Aurantii drachmas duas,
——— Canellæ albæ drachmam unam,
Alcoholis diluti uncias quatuor,
Vini albi Hispani libras duas cum semisse.

Radici atque Corticibus concisis et contusis affunde primùm Alcohol dilutum; et, post horas viginti quatuor, adde Vinum; tum macera per dies septem, et cola.

VINUM IPECACUANHÆ.

℞. Radicis Ipecacuanhæ contusæ unciam unam,
Vini albi Hispani uncias quindecim.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

VINUM NICOTIANÆ TABACI.

℞. Foliorum Nicotianæ Tabaci unciam unam,
Vini albi Hispani libram unam.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

VINUM RHEI PALMATI.

℞. Radicis Rhei palmati concisæ uncias duas,
Corticis Canellæ albæ contusi drachmam unam,
Alcoholis diluti uncias duas,
Vini albi Hispani uncias quindecim.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

CAP. XII.

A C E T A.

ACETUM AROMATICUM.

℞. Summitatum Rorismarini officinalis siccatarum,
Foliorum Salviæ officinalis siccatorum, utriusque uncias quatuor,
Florum Lavandulæ Spicæ siccatorum uncias duas,
Germinum florum Caryophylli aromatici contusorum drachmas duas,
Acidi Acetosi destillati libras octo.

Macera per dies septem, et liquorem expressum per chartam cola.

ACIDUM ACETOSUM CAMPHORATUM.

℞. Acidi Acetosi fortioris uncias sex,
Camphoræ unciam dimidiam.

Tere Camphoram cum pauxillo alcoholis in pulverem; quem Acido immitte, et solve.

ACETUM SCILLÆ MARITIMÆ.

℞. Radicis Scillæ maritimæ siccatæ uncias duas,
Acidi Acetosi destillati libras duas cum semisse,
Alcoholis uncias tres.

Macera Scillam cum Acido per dies septem; dein exprime liquorem, cui adde Alcohol; et, cum fæces subsederint, liquorem effunde.

CAP. XIII.

TINCTURÆ.

TINCTURA ALOES SOCOTORINÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloes Socotorinæ in pulverem tritæ unciam dimidiam,
Extracti Glycyrrhizæ glabræ unciam unam cum semisse,
Alcoholis uncias quatuor,
Aquæ libram unam.

Digere, per dies septem, leni calore, in vase clauso, vas subinde agitans; (quæ de omnibus Tincturis observanda sunt) et Tincturam defæcatam effunde.

TINCTURA ALOES ÆTHEREA.

℞. Gummi-resinæ Aloes Socotorinæ,
Gummi-resinæ Myrrhæ, utriusque tritæ unciam unam cum semisse,
Croci Anglici concisi unciam unam,
Ætheris Sulphurici cum Alcohole libram unam.

Digere Myrrham cum Æthere Sulphurico cum Alcohole per dies quatuor, in phiala clausa; dein adde Crocum et Aloen.

Digere rursus per dies quatuor, et, cum fæces subsederint, effunde Tincturam.

TINCTURA ALOES ET MYRRHÆ.

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ tritæ uncias duas,
Alcoholis libram unam cum semisse,
Aquæ libram dimidiam.

Misce Alcohol cum Aqua; tum adde Myrrham, digere per dies quatuor, et demum adde

Gummi-resinæ Aloes Socotorinæ tritæ unciam unam cum semisse,
Croci Anglici concisi unciam unam.

Digere rursus per triduum, et Tincturam defæcatam effunde.

TINCTURA AMOMI REPENTIS.

℞. Seminum Amomi repentis contusorum uncias quatuor,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA ARISTOLOCHIÆ SERPENTARIÆ.

℞. Radicis Aristolochiæ Serpentariæ contusæ uncias duas,
Cocci Cacti in pulverem triti drachmam unam,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA BENZOIN COMPOSITA: vulgo, BALSAMUM TRAUMATICUM.

℞. Balsami Styracis Benzoin triti uncias tres;
——— Myroxyli Peruiferi uncias duas,
Gummi-resinæ Aloes hepaticæ tritæ unciam dimidiam,
Alcoholis libras duas.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CAMPHORÆ: vulgo, SPIRITUS VINOSUS CAMPHORATUS.

℞. Camphoræ unciam unam,
Alcoholis libram unam.

MISCE ut solvatur Camphora.

FIT quoque cum Camphora duplice vel triplice.

TINCTURA CASTOREI.

℞. Castorei Russici triti unciam unam cum semisse,
Alcoholis libram unam.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CASTOREI COMPOSITA.

℞. Castorei Russici triti unciam unam,
Gummi-resinæ Ferulæ Assæ fœtidæ unciam dimidiam,
Alcoholis ammoniati libram unam.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CINCHONÆ OFFICINALIS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis in pulverem triti uncias quatuor,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA : olim, TINCTURA AROMATICA.

℞. Corticis Lauri Cinnamomi contusi,
Seminum Amomi repentis contusorum, utriusque, unciam unam,
Piperis longi in pulverem triti drachmas duas,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA COLOMBÆ.

℞. Radicis Colombæ in pulverem tritæ uncias duas,
Alcoholis diluti libras duas.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CONVOLVULI JALAPÆ.

℞. Radicis Convolvuli Jalapæ in pulverem tritæ uncias tres,
Alcoholis diluti uncias quindecim.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CROCI ANGLICI.

℞. Croci Anglici concisi unciam unam,
Alcoholis diluti uncias quindecim.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA DIGITALIS PURPUREÆ.

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum unciam unam,
Alcoholis diluti uncias octo.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA FERULÆ ASSÆ FŒTIDÆ.

℞. Gummi-resinæ Ferulæ Assæ fœtidæ uncias quatuor,
Alcoholis libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GENTIANÆ COMPOSITA: vulgo, ELIXIR STOMACHICUM.

℞. Radicis Gentianæ luteæ concisæ et contusæ uncias duas,
Corticis siccati fructûs Citri Aurantii contusi unciam unam,
——— Canellæ albæ contusi unciam dimidiam,
Cocci Cacti in pulverem triti drachmam dimidiam,

Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GUAJACI OFFICINALIS.

℞. Resinæ Guajaci officinalis tritæ libram unam,
Alcoholis libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GUAJACI AMMONIATA.

℞. Resinæ Guajaci officinalis tritæ uncias quatuor,
Alcoholis ammoniati libram unam cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI.

℞. Radicis Hellebori nigri contusæ uncias quatuor,
Cocci Cacti in pulverem triti drachmam dimidiam,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA HYOSCIAMI NIGRI.

℞. Foliorum Hyosciami nigri siccatorum unciam unam,
Alcoholis diluti uncias octo.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA KINO.

℞. Kino triti uncias duas,
Alcoholis diluti libram unam cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA LAURI CINNAMOMI.

℞. Corticis Lauri Cinnamomi contusi uncias tres,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA MELOËS VESICATORII : vulgo, TINCTURA CANTHARIDUM.

℞. Meloës vesicatorii contusi drachmam unam,
Alcoholis diluti libram unam.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA MIMOSÆ CATECHU : olim, TINCTURA JAPONICA.

℞. Extracti Mimosæ Catechu triti uncias tres,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi uncias duas,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA MYRRHÆ.

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ tritæ uncias tres,
Alcoholis uncias viginti,
Aquæ uncias decem.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA OPII, sive THEBAICA : vulgo, LAUDANUM LIQUIDUM.

℞. Opii uncias duas,
Alcoholis diluti libras duas.
DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA OPII AMMONIATA : olim, ELIXIR PAREGORICUM.

℞. Acidi Benzoici,
Croci Anglici concisi, utriusque drachmas tres,
Opii drachmas duas,
Olei volatilis Pimpinellæ Anisi drachmam dimidiam,
Alcoholis ammoniati uncias sexdecim.

DIGERE per dies septem, in phiala clausa, et per chartam cola.

TINCTURA RHEI PALMATI.

℞. Radicis Rhei palmati concisæ uncias tres,
Seminum Amomi repentis contusorum unciam dimidiam,

Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola,

TINCTURA RHEI ET ALOES: olim, ELIXIR SACRUM.

℞. Radicis Rhei palmati concisæ drachmas decem,
Gummi-resinæ Aloes Socotorinæ tritæ drachmas sex,
Seminum Amomi repentis contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA RHEI ET GENTIANÆ: olim, TINCTURA RHEI AMARA.

℞. Radicis Rhei palmati concisæ uncias duas,
——— Gentianæ luteæ concisæ unciam dimidiam,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola,

TINCTURA SAPONIS: vulgo, LINIMENTUM SAPONACEUM.

℞. Saponis rasi uncias quatuor,
Camphoræ uncias duas,
Olei volatilis Rorismarini officinalis unciam dimidiam,
Alcoholis libras duas.

Digere Saponem in Alcohole per triduum; dein liquori colato adde Camphoram et Oleum, diligenter agitans.

TINCTURA SAPONIS ET OPII: vulgo, LINIMENTUM ANODYNUM.

Fit eodem modo, et ex iisdem Medicamentis, ac altera Tinctura Saponis, additâ tantùm, ab initio, Opii unciâ unâ.

TINCTURA SENNÆ COMPOSITA: olim, ELIXIR SALUTIS.

℞. Foliorum Cassiæ Sennæ uncias duas,
Radicis Convolvuli Jalapæ contusæ unciam unam,

Seminum Coriandri sativi contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis diluti libras tres cum semisse.

DIGERE per dies septem; et Tincturæ per chartam colatæ adde

Sacchari purissimi uncias quatuor.

TINCTURA TOLUIFERÆ BALSAMI: olim, TINCTURA TOLUTANA.

℞. Balsami Toluiferæ Balsami unciam unam cum semisse,
Alcoholis libram unam.

DIGERE donec solvatur Balsamum, et per chartam cola.

TINCTURA VERATRI ALBI.

℞. Radicis Veratri albi contusæ uncias octo,
Alcoholis diluti libras duas cum semisse.

DIGERE per dies septem, et per chartam cola.

CAP. XIV.

EXTRACTA.

I.—*PER AQUAM.*

EXTRACTUM GENTIANÆ LUTEÆ.

℞. Radicis Gentianæ luteæ quantum velis.

Huic concisæ et contusæ affunde Aquæ destillatæ octuplum. Decoque ad dimidium, et, validè exprimens, cola. Decoctum illico per vaporationem redige ad mellis crassioris spissitudinem, in balneo aquæ ferventis muriate sodæ saturatæ.

Eodem modo paratur

EXTRACTUM

Florum Anthemidis Nobilis,
Foliorum Cassiæ Sennæ,
Radicis Glycyrrhizæ glabræ.
Ligni Hæmatoxyli Campechiani,

Radicis HELLEBORI NIGRI,
Capitum PAPAVERIS SOMNIFERI,
Foliorum RUTÆ GRAVEOLENTIS.

II.—*PER AQUAM ET ALCOHOL.*

EXTRACTUM CINCHONÆ OFFICINALIS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis in pulverem triti libram unam,
Alcoholis libras quatuor.

DIGERE per dies quatuor, et effunde Tincturam. Magma residuum coque ex Aquæ destillatæ libris quinque per horæ quadrantem, et Decoctum adhuc fervens per linteum cola: hanc coctionem et colationem cum pari quantitate Aquæ destillatæ repete, et liquorem per vaporationem redige ad mellis liquidioris spissitudinem. Alcohol è tinctura destillatione abstrahe, donec similiter spissescat. Tum Liquores sic inspissatos permisce, et in balneo aquæ ferventis muriate sodæ saturatæ redige ad idoneam crassitudinem.

Hoc modo paratur ex ejus radice,

EXTRACTUM CONVOLVULI JALAPÆ.

CAP. XV.

AQUÆ STILLATITIÆ.

AQUA DESTILLATA.

Aqua destilletur vasis mundissimis, donec ejus duo circiter trientes stillaverint.

AQUA CITRI AURANTII.

℞. Corticis exterioris fructus Citri Aurantii recentis libras duas.

His affundatur Aquæ tantum, ut, cum destillatione elicitæ fuerint libræ decem, supersit quantum sufficiat ad evitandum empyreuma. Post macerationem debitam, destillentur libræ decem.

Hoc modo parantur Aquæ Stillatitiæ libræ decem, ex

Corticis fructûs Citri Medicæ recentis libris duabus,

Corticis LAURI CASSIÆ contusi librâ unâ,
Corticis LAURI CINNAMOMI contusi librâ unâ,
MENTHÆ PIPERITÆ florentis libris tribus,
MENTHÆ PULEGII florentis libris tribus,
Fructûs MYRTI PIMENTÆ contusi librâ dimidiâ,
Petalorum ROSÆ CENTIFOLIÆ recentium libris sex.

SINGULIS harum Aquarum libris adde

Alcoholis diluti unciam dimidiam.

CAP. XVI.

SPIRITUS STILLATITII.

SPIRITUS CARI CARUI.

℞. Seminum Cari Carui contusorum libram dimidiam,
Alcoholis diluti libras novem.

Macera per biduum in vase clauso; dein affunde Aquæ quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, et destillatione elice libras novem.

Hoc modo parantur Spiritûs libræ novem, ex

Corticis Lauri Cinnamomi contusi librâ unâ,
Menthæ Piperitæ florentis librâ unâ cum semisse,

Nucis Myristicæ Moschatæ contusæ unciis duabus,
Fructûs Myrti Pimentæ contusi librâ dimidiâ.

SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

℞. Baccarum Juniperi communis contusarum libram unam,
Seminum Cari Carui,
——— Anethi Fœniculi, utriusque contusi unciam unam cum semisse,
Alcoholis diluti libras novem.

Macera per biduum; et, addito Aquæ quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, destillatione elice libras novem.

SPIRITUS LAVANDULÆ SPICÆ.

℞. Spicarum florentium Lavandulæ Spicæ recentium libras duas,
Alcoholis libras octo.

Per destillationem calore aquæ bullientis elice libras septem.

SPIRITUS LAVANDULÆ COMPOSITUS.

℞. Spiritûs Lavandulæ Spicæ libras tres,
——— Rorismarini officinalis libram unam,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi unciam unam,
Germinum florum Caryophylli aromatici contusorum drachmas duas,
Nucis Myristicæ Moschatæ contusæ unciam dimidiam,
Ligni Pterocarpi Santalini rasi drachmas tres.

Macera per dies septem, et cola.

SPIRITUS RORISMARINI OFFICINALIS.

℞. Summitatum florentium Rorismarini officinalis recentium libras duas,
Alcoholis libras octo.

Per destillationem calore aquæ bullientis eliciantur libræ septem.

CAP. XVII.

OLEA VOLATILIA.

OLIM,

OLEA STILLATITIA, vel ESSENTIALIA.

OLEA VOLATILIA.

Baccarum JUNIPERI COMMUNIS,
Herbæ JUNIPERI SABINÆ,
Spicarum florentium LAVANDULÆ SPICÆ,
Radicis LAURI SASSAFRAS,
Herbæ MENTHÆ PIPERITÆ florentis,
Fructûs MYRTI PIMENTÆ,
Seminum PIMPINELLÆ ANISI,
Summitatum florentium RORISMARINI OFFICINALIS,

EODEM ferè modo parantur ac Aquæ Stillatitiæ, nisi quod hic Aqua parcius adjicienda est. Semina et lignosa prius contundenda aut radenda sunt. Oleum cum aqua elicitur, et prout levius aut gravius fuerit, vel hujus superficiei innatat, vel fundum petit, postea separandum.

Porro, notandum est de Aquis et Oleis his Stillatitiis parandis, quod multa hîc adeò varia contingere necesse est, pro rerum bonitate, compage, anni tempestate, et similibus, ut norma certa et generalis, quæ unicuique exemplo strictius conveniat, vix possit præscribi; quocirca, omissis multis ipsius opificis judicio variandis, præcepta tantum maxime generalia traduntur.

OLEUM SUCCINI, et ACIDUM SUCCINICUM.

℞. Succini in pulverem triti,
Arenæ puræ, partes æquales.

Commixta immitte retortæ vitreæ, cujus dimidium impleant. Adaptato excipulo amplo, fiat destillatio ex arena, igne gradatim aucto. Primo, liquor aquosus cum paululo olei flavi; dein, oleum flavum cum Sale acido; postea, oleum subrubrum et nigrum, destillabit. Liquor ex excipulo effundatur, et Oleum ab aqua separetur.

Sal acidus à retortæ collo et excipuli lateribus collectus, inter plicas chartæ emporeticæ comprimatur, ut ab oleo adhærente liberetur; dein, solutione in aqua calida et crystallizatione, fiat purus.

OLEUM SUCCINI PURISSIMUM.

Oleum Succini e retorta vitrea, Aquæ sextuplo addito, destillet, donec aquæ duo trientes in excipulum transierint. Dein, Oleum hoc volatile purissimum ab aqua separetur, et in vasis bene obturatis servetur.

OLEUM VOLATILE PINI PURISSIMUM : olim, OLEUM TEREBINTHINÆ PURISSIMUM.

℞. Olei volatilis Pini libram unam,
Aquæ libras quatuor.

Fiat destillatio, quamdiu prodit Oleum.

CAP. XVIII.

OLEOSA.

OLEUM AMMONIATUM: vulgo, LINIMENTUM VOLATILE.

℞. Olei Oleæ Europææ uncias duas,
Aquæ Ammoniæ drachmas duas,

Misce.

OLEUM CAMPHORATUM.

℞. Olei Oleæ Europææ uncias duas,
Camphoræ unciam dimidiam.

Misce, ut solvatur Camphora.

OLEUM SULPHURATUM.

℞. Olei Oleæ Europææ uncias octo,
Sulphuris sublimati unciam unam.

Coque leni igne, in vase amplo ferreo, assidue gitans, donec in unam coëant.

CAP. XIX.

SALES ET SALINA.

ACIDUM ACETOSUM DESTILLATUM.

In vasis vitreis, leni igne, destillent Acidi Acetosi libræ octo. Libræ duæ primum prodeuntes, utpote nimis aquosæ, rejiciendæ sunt; quæ sequuntur libræ quatuor erunt Acidum Acetosum destillatum. Reliquum fundit acidum fortius, sed igne nimis exustum.

ACIDUM ACETOSUM FORTE.

℞. Sulphatis Ferri exsiccati libram unam,
Acetitis Plumbi uncias decem.

Simul trita retortæ inde, et destilla ex arena, igne modico, quamdiu prodit Acidum.

ACIDUM BENZOICUM.

℞. Balsami Styracis Benzoin uncias viginti quatuor,
Carbonatis Sodæ uncias octo,
Aquæ libris sexdecim.

Balsamum cum Carbonate tritum, ex Aqua decoque assidue agitans per horam dimidiam, et cola. Balsamum residuum ex aliis Aquæ libris sex decoque et cola. Colaturam hanc cum priori misce et vapora donec supersint libræ duæ. Iterum cola et instilla, quamdiu fiat præcipitatio,

Acidum sulphuricum dilutum.

Acidum Benzoicum præcipitatum in Aqua bulliente solve. Liquorem adhuc ferventem cola per linteum et sepone ut Crystalli formentur. Crystallos collectas, aquâ frigidâ ablutas sicca et serva.

ACIDUM MURIATICUM.

℞. Muriatis Sodæ libras duas,
Acidi Sulphurici uncias sexdecim,
Aquæ libram unam.

Murias Sodæ primum in olla rubescat igne paulisper; tum frigefactus retortæ immittatur. Dein Acidum cum Aqua permistum et refrigeratum, Muriati Sodæ affundatur. Tandem destil-

let ex arena, igne modico, quamdiu prodit Acidum.

Hujus pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut 1170 ad 1000.

ACIDUM NITROSUM.

℞. Nitratis Potassæ contusi libras duas,
Acidi Sulphurici uncias sexdecim.

Nitrati Potassæ retortæ vitreæ indito affundatur Acidum, et fiat destillatio, ex arena, igne sensim aucto, donec olla ferrea obscurè rubeat.

Hujus pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut 1550 ad 1000.

ACIDUM NITROSUM DILUTUM.

℞. Acidi Nitrosi,
Aquæ, pondera paria.

Misce, vapores noxios cavens.

ACIDUM NITRICUM.

℞. Acidi Nitrosi quantum velis.

Inde retortæ, et, adaptato excipulo, ignem suppone lenissimum, donec pars ruberrima transi-

ërit, et Acidum, quod in retorta superest, factum fuerit Nitricum.

SPIRITUS ÆTHERIS NITROSI.

℞. Alcoholis libras tres,
Acidi Nitrosi libram unam.

INFUNDE Alcohol phialæ amplæ, in vase aquâ frigidâ pleno positæ et paulatim adde, assidue agitans, Acidum. Obturetur leviùs phiala, et in loco frigidiusculo reponatur per dies septem; dein destillet liquor calore aquæ bullientis, in excipulum aquâ vel nive refrigeratum, quamdiu prodibit Spiritus.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

℞. Acidi Sulphurici partem unam,
Aquæ partes septem.

MISCE.

ACIDUM SULPHURICUM AROMATICUM.

℞. Alcoholis libras duas,
Acidi Sulphurici uncias sex.

Instilla Acidum Alcoholi paulatim. Misturam digere calore lenissimo, in vase clauso, per triduum; dein adde

Corticis Lauri Cinnamomi contusi unciam unam cum semisse,
Radicis Amomi Zingiberis contusæ unciam unam.

Digere rursus in vase clauso per sex dies; dein per chartam infundibulo vitreo impositam cola.

ÆTHER SULPHURICUS.

℞. Acidi Sulphurici,
Alcoholis, utriusque uncias triginta duas.

Inde Alcohol retortæ vitreæ calori subitaneo ferendo aptæ; dein affunde uno rivo Acidum. Misce paulatim, leniter et crebro agitans; protinus tunc fiat destillatio ex arena, prius ad hoc opus calefacta, in excipulum aquâ vel nive refrigeratum. Ignis autem ita regatur, ut quamprimum ebulliat liquor, et ebullire pergat donec destillaverint unciæ sexdecim; tum retorta ex arena amoveatur.

Liquori destillato adde Potassæ drachmas duas; dein destillet iterum ex retorta præalta, igne lenissimo, in excipulum refrigeratum, donec destillaverint unciæ decem.

Acido in retorta post primam destillationem residuo si affundantur Alcoholis unciæ sexdecim et iteretur destillatio, denuo prodibit Æther. Hocque sæpius fieri potest.

ÆTHER SULPHURICUS cum ALCOHOLE.

℞. Ætheris Sulphurici partem unam,
Alcoholis partes duas.

Misce.

ÆTHER SULPHURICUS cum ALCOHOLE AROMATICUS.

Fit ex iisdem Aromatis et eodem modo ac Tinctura Cinnamomi composita; nisi quod pro Alcohole diluto adhibetur Æther Sulphuricus cum Alcohole.

CARBONAS POTASSÆ.

Carbonas Potassæ impurus crucibulo inditus rubescat igne, ut sordes oleosæ, si quæ adsint, urantur; dein contritus cum pari Aquæ pondere, agitando bene misceatur. Liquor, postquam fæces subsederint, in ollam ferream mundissimam effusa, decoquatur ad siccitatem; Sal verò sub finem assidue agitetur, ne vasi adhæreat.

CARBONAS POTASSÆ PURISSIMUS: olim, SAL TARTARI.

℞. Super-Tartritis Potassæ impuri quantum velis.

Charta bibulâ madefactâ involutus, vel crucibulo inditus, circumjectis prunis, in massam nigram comburatur; quæ dein contrita in crucibulo aperto, igni mediocri subjiciatur usque donec alba vel saltem cinerea fiat; curâ adhibitâ ne liquescat. Tum in Aqua calida solvatur; per linteum coletur liquor, et in vase ferreo mundo vaporet, sub finem assidue agitatus cochleari ferreo ne materia fundo vasis adhæreat. Sal albissimus restabit, qui paulo diutius super ignem relinquen-

dus est donec vasis fundus fere rubescat. Postremo refrigeratus in vasis vitreis bene obturatis servetur.

AQUA POTASSÆ: vulgo, LIXIVIUM CAUSTICUM.

℞. Calcis recentis uncias octo,
Carbonatis Potassæ uncias sex.

Injiciatur Calx in vas ferreum vel figulinum, cum Aquæ calidæ unciis viginti octo. Ebullitione practâ statim addatur Sal; omnibusque bene permistis, vas operiatur donec frigescant. Frigefacta materia, prius bene agitata, effundatur in infundibulum vitreum, cujus guttur linteolo puro obstructum sit. Infundibuli os superius operiatur dum tubus ejus alii vasi vitreo inseratur, ut Aqua Potassæ per linteolum in vas suppositum sensim stillet. Cùm primum stillare desiêrit, affundantur in infundibulum Aquæ unciæ aliquot, sed cautè, ut ea materiam supernatet. Incipiet iterum stillare Aqua Potassæ. Sic autem iteranda est Aquæ affusio, donec stillaverint libræ tres, quod bidui vel tridui spatio fiet; dein liquoris partes superiores cum inferioribus agitatione

misceantur ; ipseque in vase bene obturato servetur.

POTASSA : olim, CAUSTICUM COMMUNE ACERRIMUM.

℞. Aquæ Potassæ quantum velis.

In vase ferreo mundissimo operto vaporet, donec, ebullitione finitâ, Materies Salina tranquillè fluat instar olei, quod fit antequam vas igne rubescat. Dein effundatur super laminam ferream nitidam : in massulas secetur antequam durescat, et illico in phiala bene obturanda reponatur.

POTASSA CUM CALCE : olim, CAUSTICUM COMMUNE MITIUS.

℞. Aquæ Potassæ quantum velis.

Vaporet ad tertiam partem in vase ferreo operto ; dein admisceatur Calcis recèns extinctæ quantum sufficiat ad pultis solidioris crassitudinem dandam, quæ in vase obturato servetur.

AQUA SUPER-CARBONATIS POTASSÆ.

℞. Aquæ libras decem,
Carbonatis Potassæ purissimi unciam unam.

Solve, et subjice rivo Gasis Acidi Carbonici qui oriatur ex

Pulveris Carbonatis Calcis,
Acidi Sulphurici, utriusque unciis tribus,
Aquæ libris tribus, gradatim et caute commistis.

Huic præparationi bene convenit Apparatus Chemicus a Doctore Nooth inventus. Quod si majore liquoris copiâ opus fuerit, præstabit Apparatus Domini Woulfe.

Quo frigidior aër, quo major pressura, eo melior fit Liquor; qui in vasis bene obturatis servari debet.

ACETIS POTASSÆ.

℞. Carbonatis Potassæ purissimi libram unam.

Coquatur, lenissimo igne, in Acidi Acetosi destillati quadruplo vel quintuplo; ac plus Acidi diversis vicibus adjiciatur, donec prioris parte aquosâ fere vaporando dissipatâ, novum Acidum additum nullam moveat effervescentiam, quod fiet consumptis Acidi libras circiter viginti; postea lentè exsiccetur. Sal impurus residuus, leni igne aliquantisper, nec justo diutius, liquefiat; dein Aquâ solvatur, et per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta fuerit, liquor colatus limpidus erit, sin minus, coloris fusci. Postea, lenissimo igne vaporet hic liquor ex vase vitreo minime profundo, Sale, dum arescit, subinde moto, quo citius ad siccitatem perducatur. Acetis Potassæ dein in vase optime clauso asservari debet, ne aëre liquescat.

SULPHAS POTASSÆ: olim, TARTARUM VITRIOLATUM.

℞. Acidi Sulphurici, sextuplo Aquæ pondere diluti, quantum velis.

Infunde in vas vitreum amplum, et paulatim instilla Carbonatis Potassæ purissimi, sextuplo Aquæ pondere soluti, quantum satis sit ad Acidum prorsus saturandum. Effervescentiâ perac-

tâ, liquorem per chartam cola; et, post idoneam exhalationem, sepone, ut Crystalli formentur.

COMMODE fit quoque Sulphas Potassæ ex residuo, post destillatum Acidum Nitrosum, in Aqua calida soluto, et Carbonate Potassæ saturato.

SULPHAS POTASSÆ CUM SULPHURE: olim, SAL POLYCHRESTUS.

℞. Nitratis Potassæ in pulverem triti,
Sulphuris sublimati, pondera æqualia.

BENE commista injiciantur paulatim in crucibulum igne rubens. Peractâ deflagratione, frigescat Sal, et in vase vitreo bene obturando reponatur.

SULPHURETUM POTASSÆ: olim, HEPAR SULPHURIS.

℞. Carbonatis Potassæ,
Sulphuris Sublimati, utriusque uncias octo.

SIMUL trita crucibulo amplo loricato indantur, et operculo adaptato, prunisque cauto subjectis, tandem liquescant.

CRUCIBULO, postquam refrixerit, fracto, aufer Sulphuretum, et in phiala bene obturanda repone.

TARTRIS POTASSÆ : olim, TARTARUM SOLUBILE.

℞. Carbonatis Potassæ libram unam,
Super-tartritis Potassæ libras tres, vel quantum satis sit,
Aquæ bullientis libras quindecim.

CARBONATI Potassæ in Aqua soluto Super-Tartritem Potassæ in pulverem tenuem tritum paulatim adjice, quamdiu effervescentiam excitet, quæ fere desinit antequam triplum Carbonatis Potassæ pondus injectum fuerit; dein liquorem refrigeratum per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone ut Crystalli formentur.

CARBONAS SODÆ : olim, SAL ALKALINUS FIXUS FOSSILIS PURIFICATUS.

℞. Carbonatis Sodæ impuri quantum vis.

CONTUNDE, tum coque ex Aqua donec omnis Sal aquâ diluatur. Hæc dein per chartam cole-

tur, et in vase ferreo vaporet, ut post refrigerationem concrescant Crystalli.

AQUA SUPER-CARBONATIS SODÆ.

PARATUR ex Aquæ libris decem et Carbonatis Sodæ unciis duabus, eodem modo ac Aqua Super-Carbonatis Potassæ.

TARTRIS POTASSÆ ET SODÆ: olim, SAL RUPELLENSIS.

PARATUR è Carbonate Sodæ et Super-Tartrite Potassæ, eodem modo ac Tartris Potassæ.

PHOSPHAS SODÆ.

℞. Ossium ad albedinem crematorum, et in pulverem contusorum, libras decem,
Acidi Sulphurici libras sex,
Aquæ libras novem.

PULVEREM in vase figulino cum Acido Sulphurico permisce; dein adde Aquam et iterum permisce; tunc vas in aquæ bullientis vapore fove

per tres dies, quibus elapsis, materiam aliis Aquæ bullientis libris novem additis dilue, et per pannum linteum fortem cola, Aquam bullientem paulatim superinfundens, donec acidum omne eluatur. Liquorem colatum sepone, ut fæces subsidant, a quibus effunde; dein, vaporatione, minue ad libras novem. Huic liquori a fæcibus effuso, et calefacto in vase figulino, adde Carbonatem Sodæ ex aqua calida solutum, donec cesset effervescentia. Tum cola, et sepone, ut Crystalli formentur. His exemptis, liquori, si opus sit, adde paululum Carbonatis Sodæ, ut Acidum Phosphoricum accuratè saturetur, et vaporatione ad Crystallos iterum formandas dispone, quamdiu hæ prodierint. Crystalli demum in vase bene obturando reponantur.

SULPHAS SODÆ: olim, SAL GLAUBERI.

Salem acidulum post destillationem Acidi Muriatici residuum solve in Aqua, et, admisto pulvere Carbonatis Calcis ad absumendum superfluum Acidum, sepone donec fæces subsidant; tum liquorem ab his effusum, et per chartam colatum, vaporatione dispone, ut Crystalli formentur.

CARBONAS AMMONIÆ : olim, AMMONIA PRÆPARATA.

℞. Muriatis Ammoniæ libram unam,
Carbonatis Calcis mollioris siccati libras duas,

UTRUMQUE seorsim tritum permisce, et sublima ex retorta in excipulum refrigeratum.

AQUA CARBONATIS AMMONIÆ : olim, AQUA AMMONIÆ, vel SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Muriatis Ammoniæ,
Carbonatis Potassæ, utriusque uncias sexdecim,
Aquæ libras duas.

SALIBUS mistis, et retortæ vitreæ inditis, affundatur Aqua ; dein fiat destillatio ex arena, igne sensim aucto, ad siccitatem.

AQUA AMMONIÆ : olim, AQUA AMMONIÆ. CAUSTICÆ.

℞. Muriatis Ammoniæ libram unam,
Calcis recentis libram unam cum semisse,
Aquæ destillatæ libram unam,
Aquæ uncias novem.

In vase ferreo vel figulino Calci contusæ affunde Aquam; vas operito donec Calx, in pollen dilapsa, friguerit; dein Muriatem in pulverem tenuissimum tritum, cum Calce terendo in mortario permisce, et protinus retortæ ex vitro viliore (Bottle Glass) factæ inde. Ponatur retorta in balneo arenæ, et adaptatur, secundum artem, Apparatus chemicus Domini Woulfe. Vasi primo, minus capaci, tubo conservatore instructo, immitte Aquæ destillatæ uncias duas, vasi secundo, quod reliquum est Aquæ destillatæ.

Tandem supponetur ignis, sensim augendus, donec fundus ollæ ferreæ rubescat et quamdiu prodierit Ammonia. Misceatur liquor utriusque vasis, et in phiolis parvis bene obturatis servetur.

ALCOHOL AMMONIATUM: olim, SPIRITUS AMMONIÆ.

℞. Alcoholis uncias triginta duas,
Calcis recentis uncias duodecim,
Muriatis Ammoniæ,
Aquæ, utriusque uncias octo.

Ex hisce paratur Alcohol ammoniatum omnino sicut Aqua Ammoniæ; et simili servetur modo.

ALCOHOL AMMONIATUM AROMATICUM : olim, SPIRITUS AMMONIÆ AROMATICUS.

℞. Alcoholis ammoniati uncias octo,
Olei volatilis Rorismarini officinalis drachmam unam cum semisse,
Olei volatilis Citri Limonis drachmam unam.

MISCE ut solvantur Olea.

ALCOHOL AMMONIATUM FŒTIDUM : olim, SPIRITUS AMMONIÆ FŒTIDUS.

℞. Alcoholis ammoniati uncias octo,
Gummi-resinæ Ferulæ Assæ fœtidæ unciam dimidiam.

DIGERANTUR in vase clauso per horas duodecim; dein destillent calore aquæ bullientis unciæ octo.

AQUA ACETITIS AMMONIÆ : vulgo, SPIRITUS MINDERERI.

℞. Carbonatis Ammoniæ triti quantum velis.

Affunde Acidi Acetosi destillati quantum satis sit ad Ammoniam accuratè saturandam.

HYDRO-SULPHURETUM AMMONIÆ.

℞. Aquæ Ammoniæ uncias quatuor.

Subjiciantur, in Apparatu chemico, rivo Gasis quod oriatur ex

Sulphureti Ferri unciis quatuor,
Acidi Muriatici unciis octo, prius Aquæ libris duabus et semisse dilutis.

Commode fit Sulphuretum Ferri, ad hunc usum, ex

Limaturæ Ferri purificati partibus tribus,
Sulphuris sublimati parte una,

commistis, et in crucibulo cooperto igni modice subjectis, donec in massam coëant.

SULPHAS ALUMINÆ EXSICCATUS : olim, ALUMEN USTUM.

SULPHAS Aluminæ in vase fictili vel ferreo liquescat et urgeatur igne, donec ebullire desinat.

MURIAS BARYTÆ.

℞. Carbonatis Barytæ,
Acidi Muriatici, utriusque partem unam,
Aquæ partes tres.

AQUÆ et Acido mistis adde Carbonatem in frustula contusum. Effervescentia finita digere per horam ; dein cola, et post idoneam vaporationem, sepone ut Crystalli formentur. Repetatur vaporatio quamdiu formatæ fuerint Crystalli.

SI Carbonas Barytæ haud obtineri potest, paretur Murias ex Sulphate Barytæ modo sequente.

℞. Sulphatis Barytæ libras duas,
Carbonis Ligni in pulverem triti uncias quatuor.

IGNE torreatur Sulphas, quo facilius teratur in pulverem tenuissimum, cui bene admiscendus est Pulvis Carbonis Ligni. Indatur materies crucibulo, et, adaptato operculo, urgeatur igne forti per horas sex. Materia bene trita immittatur Aquæ bullientis libris sex in vase vitreo vel figulino, et agitatione permisceatur, aëris aditu, quantum fieri possit, occluso.

STET vas in balneo vaporis, donec subsederit pars non soluta; dein effundatur liquor. Illi affundantur denuo Aquæ bullientis libræ quatuor; quæ post agitationem et subsidentiam priori liquori addantur. Liquori adhuc calido, vel si frigerit iterum calefacto, instilletur Acidum Muriaticum, quamdiu moverit effervescentiam. Dein coletur, et vaporet ut Crystalli formentur.

SOLUTIO MURIATIS BARYTÆ.

℞. Muriatis Barytæ partem unam,
Aquæ destillatæ partes tres.

SOLVE.

CARBONAS CALCIS PRÆPARATUS: olim, CRETA PRÆPARATA; et CANCRORUM LAPILLI PRÆPARATI.

CARBONAS Calcis, sive mollior, vulgo Creta dictus, sive durior, vulgo Lapilli et Occuli Cancrorum dictus, in mortario ferreo in pulverem tritus, et super porphyriten cum pauxilla aqua lævigatus, indatur vasi amplo: tum affundatur Aqua, quæ, vase sæpius agitato, polline onusta elutrietur. Quiescente Aqua, subsidet pulvis subtilis, exsiccandus.

PULVIS crassus quem Aqua sustinere nequit iterum lævigetur, et eodem tractetur modo.

POTIO CARBONATIS CALCIS: olim, POTIO CRETACEA.

℞. Carbonatis Calcis præparati unciam unam,
Sacchari purissimi unciam dimidiam,
Mucilaginis Mimosæ Niloticæ uncias duas.

Tere simul, et dein sensim adde

Aquæ libras duas cum semisse,
Spiritus Lauri Cinnamomi uncias duas.

MISCE.

AQUA CALCIS: sive, SOLUTIO CALCIS.

℞. Calcis recentis libram dimidiam.

VASI figulino immitte, et insperge Aquæ uncias quatuor, clauso vase dum Calx incalescit et in pulverem dilabitur; dein affunde Aquæ libras duodecim, et agitatione Calcem cum Aqua permisce. Postquam subsederit Calx, iteretur agitatio; idque fiat decies circiter, occluso semper vase, ut liberior aëris accessus arceatur. Tandem coletur Aqua per chartam, interpositis hanc inter et infundibulum baculis vitreis, ut quam celerrime transeat Aqua; quæ in lagenis probe obturatis servetur.

SOLUTIO MURIATIS CALCIS.

℞. Carbonatis Calcis durioris (nempe, Marmoris albi) in frustra contusi uncias novem,
Acidi Muriatici uncias sexdecim,
Aquæ uncias octo.

Misce Acidum cum Aqua, et adde paulatim frusta Carbonatis Calcis. Effervescentiâ finitâ, digere per horam. Liquorem effunde, et per vaporationem ad siccitatem redige. Residuum solve ex sesquialtero pondere Aquæ; et demum cola.

CARBONAS MAGNESIÆ: olim, MAGNESIA ALBA.

℞. Sulphatis Magnesiæ,
Carbonatis Potassæ, utriusque pondera æqualia.

Separatim Aquæ calidæ duplo solvantur, et vel colentur, vel aliter à fæcibus purificentur; dein misceantur, et protinus adjiciatur Aquæ bullientis octuplum. Bulliat liquor paulisper, et simul agitetur; tum quiescat donec calor paululum imminuatur; dein coletur per linteum, super quod restabit Carbonas Magnesiæ, qui aquâ purâ lavetur donec prorsus insulsus fiat.

MAGNESIA: olim, MAGNESIA USTA.

CARBONAS Magnesiæ crucibulo inditus, igne rubescat per horas duas; dein in vasis vitreis bene obturatis servetur.

CAP. XX.

METALLICA.

NITRAS ARGENTI: olim, CAUSTICUM LUNARE.

℞. Argenti purissimi in laminas extensi et conscissi uncias quatuor,
Acidi Nitrosi diluti uncias octo,
Aquæ destillatæ uncias quatuor.

SOLVATUR Argentum in phiala, leni calore, et vaporet solutio ad siccitatem. Tum massa crucibulo amplo indita imponatur igni, qui primò lenis, sensim augeatur, donec massa fluat instar olei; dein effundatur in fistulas ferreas calefactas et sebo inunctas; denique in vase vitreo optime clauso reponatur.

SULPHURETUM ANTIMONII PRÆPARATUM : olim, ANTIMONIUM PRÆPARATUM.

SULPHURETUM ANTIMONII præparatur eodem modo ac Carbonas Calcis.

OXIDUM ANTIMONII CUM SULPHURE VITRIFICATUM : olim, VITRUM ANTIMONII.

SULPHURETUM ANTIMONII in pulverem crassum, arenæ instar, contritum, insterne super vas fictile, non vitreatum, parum profundum, ignemque suppone lenem, ut Sulphuretum Antimonii lentè calefiat; pulverem interea assidue agitans, ne in grumos coëat. Vapores albi, sulphur olentes, ex eo orientur. Cùm hi, eodem calore deficiant, ignem auge aliquantum, ut iterum vapores exhalet; et sic perge, donec pulvis igne tandem rubescens vapores non amplius exhalet. Pulvis ille crucibulo inditus liquescat igne violento, donec vitri liquefacti speciem induat; dein effundatur super laminam æneam calefactam.

OXIDUM ANTIMONII VITRIFICATUM CUM CERA: olim, VITRUM ANTIMONII CERATUM.

℞. Ceræ flavæ partem unam,
Oxidi Antimonii cum Sulphure vitrificati partes octo.

Ceræ in vase ferreo liquifactæ injice Oxidum in pulverem tritum, et torre, igne leni, per horæ quadrantem, spathulâ assidue agitans; dein effunde materiam, quæ frigefacta teratur in pulverem.

OXIDUM ANTIMONII CUM PHOSPHATE CALCIS: olim, PULVIS ANTIMONIALIS.

℞. Sulphureti Antimonii in pulverem crassum triti,
Cornu Cervi rasi, utriusque partes æquales.

Misce et injice ollæ ferreæ latæ, igne rubenti et assidue agita, donec in materiam coloris cinerei urantur, quam ab igne aufer, et in pulverem tere, et crucibulo loricato immitte; huic crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, luto conjunge, ignemque subministra,

quem ad calorem candentem sensim auge, et ita auctum serva per horas duas; denique materiam frigefactam in pulverem subtilissimum tere.

SULPHURETUM ANTIMONII PRÆCIPITATUM.

℞. Aquæ Potassæ libras quatuor,
Aquæ libras tres,
Sulphureti Antimonii præparati libras duas.

Coque in olla ferrea operta, super ignem lenem, per horas tres, sæpe agitans spathulâ ferreâ, et addens Aquam prout opus fuerit. Liquorem calidum cola per linteum duplex, et colato adde Acidi Sulphurici diluti quantum satis sit ad dejiciendum Sulphuretum, aquâ calidâ diligenter lavandum.

OXIDUM ANTIMONII CUM SULPHURE PER NITRATEM POTASSÆ: olim, CROCUS ANTIMONII.

℞. Sulphureti Antimonii,
Nitratis Potassæ, utriusque pondera paria.

SEPARATIM trita, et bene commista injiciantur in crucibulum candens. Peractâ deflagratione, materia rubescens a crusta albicante separetur, et teratur in pulverem, qui sæpius lavetur aquâ calidâ, donec hæc insipida maneat.

MURIAS ANTIMONII.

℞. Oxidi Antimonii cum Sulphure per Nitratem Potassæ,
Acidi Sulphurici, utriusque libram unam,
Muriatis Sodæ exsiccati libras duas.

ACIDUM Sulphuricum retortæ infunde, paulatim addens Muriatem Sodæ et Oxidum Antimonii, prius commista; dein super arenam calidam fiat destillatio. Materia destillata per aliquot dies aëri pateat, ut liquescat; tum effundatur è fæcibus pars liquida.

TARTRIS ANTIMONII: olim, TARTARUS EMETICUS.

℞. Oxidi Antimonii cum Sulphure per Nitratem Potassæ partes tres,
Super-Tartritis Potassæ partes quatuor,
Aquæ destillatæ partes triginta duas.

Coque in vase vitreo per horæ quadrantem; per chartam cola; et liquorem colatum sepone ut formentur Crystalli.

VINUM TARTRITIS ANTIMONII: olim, VINUM ANTIMONIALE.

℞. Tartritis Antimonii grana viginti quatuor,
Vini albi Hispani libram unam.

Misce, ut solvatur Tartris Antimonii.

AMMONIARETUM CUPRI: olim, CUPRUM AMMONIACUM.

℞. Sulphatis Cupri purissimi partes duas,
Carbonatis Ammoniæ partes tres.

Diligenter subige in mortario vitreo, donec, finitâ omni effervescentiâ, placide coëant in massam violaceam, quæ chartâ bibulâ obvoluta, primo super lapidem cretaceum, dein leni calore exsiccata, in vase vitreo bene obturato servetur.

SOLUTIO SULPHATIS CUPRI COMPOSITA : olim, AQUA STYPTICA.

℞. Sulphatis Cupri,
——— Aluminæ, utriusque uncias tres,
Aquæ libras duas,
Acidi Sulphurici unciam unam cum semisse.

SULPHATES in Aqua coque ut solvantur, dein liquori per chartam colato adde Acidum.

LIMATURA FERRI PURIFICATA.

IMPOSITO Limaturæ cribro, admoveatur Magnes, ut trans cribrum Limatura sursum attrahatur.

CARBONAS FERRI PRÆPARATUS : olim, RUBIGO FERRI PRÆPARATA.

FERRI Limatura purificata sæpius Aquâ humectetur ut fatiscat in rubiginem, quæ in pollen teratur.

CARBONAS FERRI PRÆCIPITATUS.

℞. Sulphatis Ferri uncias quatuor,
Carbonatis Sodæ uncias quinque,
Aquæ libras decem.

Solve Sulphatem Ferri in Aqua; dein adde Carbonatem Sodæ prius ex Aquæ quantum satis sit solutum, et permisce.

Lavetur Carbonas Ferri, qui fundum petit, aquâ tepida, et postea siccetur.

OXIDUM FERRI NIGRUM PURIFICATUM: olim, SQUAMÆ FERRI PURIFICATÆ.

Oxidi Ferri Squamæ, ad fabrorum incudes reperiundæ, Magnete admoto purificantur. Magnes enim squamas tenuiores, puriores, tantum attrahit, relictis crassioribus minus puris.

SULPHAS FERRI: olim, VITRIOLUM VIRIDE.

℞. Limaturæ Ferri purificatæ uncias sex,
Acidi Sulphurici uncias octo,

Aquæ libras duas cum semisse.

Misce, et peractâ effervescentiâ, digere aliquamdiu super arenam calidam; deinde liquorem effusum per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone ut Crystalli formentur.

SULPHAS FERRI EXSICCATUS.

℞. Sulphatis Ferri quantum velis.

In vase fictili, non vitreato, calefiat igne modico donec albescat et siccissimus fiat.

OXIDUM FERRI RUBRUM.

Sulphas Ferri exsiccatus urgeatur igne vehementi donec transierit in materiam ruberrimam.

TINCTURA MURIATIS FERRI.

℞. Oxidi Ferri nigri purificati et in pulverem triti uncias tres,
Acidi Muriatici uncias circiter decem, vel quantum sufficiat ad solvendum pulverem.

DIGERE leni calore, et, soluto pulvere, adde

Alcoholis quantum sufficiat ut sint totius liquoris libræ duæ cum semisse.

MURIAS AMMONIÆ ET FERRI: olim, FLORES MARTIALES.

℞. Oxidi Ferri rubri, loti, et iterum exsiccati,
Muriatis Ammoniæ, utriusque pondera paria.

BENE permista sublimentur.

HYDRARGYRUS PURIFICATUS.

℞. Hydrargyri partes quatuor,
Limaturæ Ferri partem unam.

TERE simul, et destilla è vase ferreo.

ACETIS HYDRARGYRI.

℞. Hydrargyri purificati uncias tres,
Acidi Nitrosi diluti uncias quatuor cum semisse, vel paullo plus quàm ad solvendum Hydrargyrum requiratur,

Acetitis Potassæ uncias tres,
Aquæ bullientis libras octo.

Hydrargyrum cum Acido Nitroso diluto misce, et sub finem effervescentiæ digere, si opus fuerit, leni calore, donec penitus solvatur Hydrargyrus. Tum solve Acetitim Potassæ in Aqua bulliente; et protinus huic solutioni adhuc ferventi alteram affunde, et utramque agitando permisce. Dein sepone ut Crystalli formentur. Has infundibulo inditus aquâ destillatâ frigidâ lava; et demum calore quàm lenissimo sicca.

In parando Acetite Hydrargyri, oportet vasa omnia et infundibula, quæ adhibentur, sint vitrea.

MURIAS HYDRARGYRI: olim, MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Hydrargyri purificati libras duas,
Acidi Sulphurici libras duas cum semisse,
Muriatis Sodæ exsiccati libras quatuor.

Hydrargyrum cum Acido Sulphurico in vase vitreo coque super arenam, donec materia exsiccata fuerit. Materiam frigefactam misce, vase vitreo, cum Muriate Sodæ; tum in cucurbita vi-

trea sublima, calore sensim aucto. Dein materiam sublimatam a scoriis separa.

SUB-MURIAS HYDRARGYRI: sive, CALOMELAS.

℞. Muriatis Hydrargyri in mortario vitreo triti uncias quatuor,
Hydrargyri purificati uncias tres.

Terantur simul in mortario vitreo, cum pauxilla aqua, ut ab acri pulvere præcaveatur, ad extinctionem Hydrargyri; pulvisque exsiccatus phialæ oblongæ, cujus tertiam tantum impleat partem, inditus, ex arena calida sublimetur. Sublimatione peractâ, confractâque phialâ, pulvis rubens circa fundum et albicans circa collum ejus pariter rejiciendus est: massa verò reliqua denuo sublimetur, et in pulverem tenuissimum teratur, aquâ destillatâ fervente demum lavandum.

SUB MURIAS HYDRARGYRI PRÆCIPITATUS.

℞. Acidi Nitrosi diluti,
Hydrargyri purificati, utriusque uncias octo,

Muriatis Sodæ uncias quatuor cum semisse,
Aquæ bullientis libras octo.

Hydrargyrum cum Acido Nitroso diluto misce, et sub finem effervescentiæ digere leni calore, vase interea sæpius agitato. Oportet autem plus Hydrargyri admiscuisse Acido quàm hoc dissolvere possit, ut mistura penitus saturata tandem obtineatur.

Solve simul Muriatem Sodæ in Aqua bulliente; huic affunde alteram solutionem, adhuc calidam; et omnia celeriter permisce. Post subsidentiam, effunde Aquam salinam, et lava Sub-Muriatem Hydrargyri, aquâ calidâ sæpius additâ, totiesque post subsidentiam effusâ, donec sapore careat.

OXIDUM HYDRARGYRI CINEREUM.

℞. Hydrargyri purificati partes quatuor,
Acidi Nitrosi diluti partes quinque,
Aquæ destillatæ partes quindecim,
——— Carbonatis Ammoniæ quantum sufficiat,

Solve Hydrargyrum in Acido; adde paulatim

Aquam destillatam; tum affunde Aquæ Carbonatis Ammoniæ quantum satis sit ad Oxidum Hydrargyri penitus dejiciendum: quod dein aquâ purâ lavetur, et exsiccetur.

OXIDUM HYDRARGYRI RUBRUM per Acidum Nitricum: olim, MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Hydrargyri purificati libram unam,
Acidi Nitrosi diluti, uncias sexdecim.

SOLVATUR Hydrargyrus, lentoque igne vaporet solutio in massam albam siccam, quæ in pulverem trita cucurbitæ vitreæ indatur, laminâ vitreâ densâ illius superficiei impositâ. Tum adaptato capitulo, et vase in arena posito, torreatur igne sensim aucto, donec in squamulas ruberrimas abeat.

SUB-SULPHAS HYDRARGYRI FLAVUS: olim, TURPETHUM MINERALE.

℞. Hydrargyri purificati uncias quatuor,
Acidi Sulphurici uncias sex.

INDANTUR cucurbitæ vitreæ, et coquantur ex

arena ad siccitatem. Materia alba, in fundo relicta, trita, conjiciatur in Aquam bullientem. Inde nascetur illico pulvis flavus, quem aquâ calidâ sæpius lavare oportet.

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM: olim, ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Hydrargyri purificati,
Sulphuris sublimati, utriusque pondera æqualia.

TERANTUR simul in mortario vitreo, pistillo vitreo, donec globuli Hydrargyri visum penitus effugerint.

FIT quoque cum duplice Hydrargyro.

ACETIS PLUMBI: olim, SACCHARUM SATURNI.

℞. Oxidi Plumbi albi quantum velis.

INDE cucurbitæ, et affunde

Acidi Acetosi destillati decuplum.

STET mistum super arenam calidam donec Acidum dulcescat; hoc dein separetur; novumque toties affundatur donec dulcescere desinat. Tum liquor omnis defæcatus vaporet in vase vitreo ad spissitudinem mellis liquidioris, et in loco frigido seponatur, ut concrescant Crystalli, in umbra siccandæ. Liquor residuus denuo vaporet, ut novæ formentur Crystalli; totiesque iteretur vaporatio donec nullæ amplius concrescant.

CARBONAS ZINCI IMPURUS PRÆPARATUS: olim, LAPIS CALAMINARIS PRÆPARATUS.

CARBONAS Zinci impurus, ab iis qui orichalcum conficiunt torrefactus, præparatur ut Carbonas Calcis.

OXIDUM ZINCI IMPURUM PRÆPARATUM: olim, TUTIA PRÆPARATA.

PRÆPARATUR ut Carbonas Calcis.

OXIDUM ZINCI.

CRUCIBULUM amplum in furno prunis instructo ita collocetur ut hujus ostium versus paulo incli-

net, et, cùm illius fundus mediocriter canduerit, injiciatur Zinci frustulum pondere circiter unius drachmæ. Zincum brevi accendetur, et simul in floccos albos convertetur, qui subinde a metalli superficie spathulâ ferreâ retrahendi sunt, ut combustio ejus perfectius absolvatur; et tandem, cessante flammâ, Oxidum Zinci e crucibulo auferendum est. Alio Zinci frustulo tunc projecto, operatio iteretur, et, quoties opus fuerit, repetatur. Deinde Oxidum Zinci præparetur ut Carbonas Calcis.

SULPHAS ZINCI: olim, VITRIOLUM ALBUM.

℞. Zinci in frustula dicissi uncias tres,
Acidi Sulphurici uncias quinque,
Aquæ uncias viginti.

Misce, et peractâ effervescentiâ digere aliquamdiu super arenam calidam. Dein deliquorem effusum per chartam cola, et post idoneam exhalationem, sepone, ut Crystalli formentur.

SOLUTIO SULPHATIS ZINCI.

℞. Sulphatis Zinci grana sexdecim,
Aquæ uncias octo,

Acidi Sulphurici diluti guttas sexdecim.

SOLVE Sulphatem Zinci in Aquâ; dein, addito Acido, per chartam cola.

SOLUTIO ACETITIS ZINCI.

℞. Sulphatis Zinci drachmam unam,
Aquæ destillatæ uncias decem.

SOLVE.

℞. Acetitis Plumbi scrupulos quatuor,
Aquæ destillatæ uncias decem.

SOLVE.

MISCEANTUR solutiones; quiescant paulisper dein coletur liquor.

CAP. XXI.

PULVERES.

PULVIS AROMATICUS.

℞. Corticis Lauri Cinnamomi,
Seminum Amomi repentis,
Radicis Amomi Zingiberis, singulorum partes æquales.

Tere in Pulverem tenuissimum, qui in vase vitreo bene obturato servetur.

PULVIS ASARI COMPOSITUS.

℞. Foliorum Asari Europæi partes tres,
——— Origani Majoranæ,
Florum Lavandulæ Spicæ, utriusque partem unam.

Tere simul in Pulverem.

PULVIS CARBONATIS CALCIS COMPOSITAS: olim, PULVIS CRETACEUS.

℞. Carbonatis Calcis præparati uncias quatuor,
Corticis Lauri Cinnamomi drachmam unam cum semisse,
Nucis Myristicæ moschatæ drachmam dimidiam.

TERE simul in Pulverem.

PULVIS JALAPÆ COMPOSITUS.

℞. Pulveris radicis Convolvuli Jalapæ partem unam,
Super-Tartritis Potassæ partes duas.

TERE simul in pulverem tenuissimum.

PULVIS IPECACUANHÆ ET OPII: olim, PULVIS DOVERI.

℞. Pulveris radicis Ipecacuanhæ,
Opii, utriusque partem unam,
Sulphatis Potassæ partes octo.

TERE simul in Pulverem tenuem.

PULVIS OPIATUS.

℞. Opii partem unam,
Carbonatis Calcis præparati partes novem.

TERE simul in Pulverem tenuem.

PULVIS SCAMMONII COMPOSITUS.

℞. Gummi-resinæ Convolvuli Scammoniæ,
Super-Tartritis Potassæ, utriusque partes æquales.

TERE simul in Pulverem tenuissimum.

PULVIS SULPHATIS ALUMINÆ COMPOSITUS: olim, PULVIS STYPTICUS.

℞. Sulphatis Aluminæ partes quatuor,
